



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XXIII. Sancti Patris Benedicti. M.C.XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

*illud rapere, illud sagis, & indies renascentis paenitentie sumptibus consequi. Neque vero minor erat, Observantiae sacrae, quam ipsius paenitentiae sitis: Hec enim, aiebat, Corpus, ista animum cruciat ac domat. Illud D E O, enecto corpore audax & rebellis mens. Moriatur corpus, quia caro est, & morti innata corruptione obnoxium: sed moriatur etiam animus, immortali licet, ijs omnibus, que ius immortalitati obsunt. scivit semper pervicax affectuum turba, nisi sacre Obedientie & Observantie loris innexa compescatur. Sed pro nunc fatis de Amazonie ista sanctissima, cetera suo loco.*

Successu felicissimo, multa Fidelium consolatione, & uberrimi spe fructus, immortali Ordinis arque nostrorum omnium gloria, egregie propagatur, atque Apostolici conatus successu dignissimo Congregatio nostra, ijs Anglia de Propaganda, licet etiam sanguinis & vitae impensis & expensis, Fide Romana Catholica, institutis hoc ipso augetur, no Provincialibus, sive diversarum in Anglia Provinciarum superioribus, consimili, eti subfequo Apostolorum in totius orbis, hic in certae Nationis divisione, sanctissimo tamen, & pulcherrimo exemplo. Ejus Commissio copiam, proposuit in Appendix parte i. P. F. Clemens Reinerus noster, eo ipso tempore Congregationis ejusdem Secretarius. *Vid. Apol. Bened. ejusd.*

Laudatissimum propositum.  
Henricus Buzegnius.

Unde perpetuo colligas, quam nostris cordi & curæ semper fuerit suscepta semel in Magno Gregorio & Collegis atque discipulis, cura Apostolatus primi, quamque perditissimis, etiam temporibus, sua etiam Vitæ negligentes essent, dummodo proximorum faluti prodesse, atque pro Ecclesia laborare possent. Laudatissimo promovenda disciplina Monastica Zelo, laborat in Germania Inferiori Reverendissimus Dominus Henricus Buzegnius ex Monacho & Priore S. Dionysij in Hannonia, pro eximia Vita laude Gerardimontensium Abbas postulatus, inde ad suum Professionis locum repetitus & Abbas consecratus, Præful Reformationis, ut Monasterij habent monumenta, & sanctioris Vitæ studiosissimus. Hic cum probè percepisset, quantum ad omnem perfectionem pondus & momentum statuta ad amissum observata Casinensis Congregatio-

nis conferrent, omni studio pro ijs promovendis laboravit. Multa initio adversa & contradictiones perpessus. Verum licentiam & impunitatem excessum Monasteriorum perniciissimam peccatum expertus, constanterque dum posset obnoxius, summisque difficultibus superatis, verè gloriosus, hoc anno fine beatò quievit. *Ex monumentis eiusdem Cenobij.*

Extinguitur eodem alterum Germanie Inferioris sydus Petrus de Loyers, Abbas S. Martini Tornacensis, Præful & eruditio celeber, & omni integritate, tantique à Principibus & omni Ordine hominum factus, ut si quidem præmatura mors ipsum non ad præmia æternitatis vocasset, fuisset ad dignitatem Episcopalem promotus. *Ex Monast. Monim.*

In Hispanijs ex sacra familia Cisterciensi efflorescit P. F. Benedictus de Alarcon Abbas Morerolæ, vir eruditio non minus, quam summa vita integritate celeber, relictis etiam præstantis ingenij monumentis optimè meritus. Quæ inter *Theatrum Virtutum*, opus magnæ considerationis in plures distinctum Tomos posteritati reliquit. *Ex Phœnix Revivis. P. F. Chrysostom. Henr. &c. alij.*

In Burgundia Majore Archisterio Cluniacensi, innumerorum Ordinis Sanctorum Promptuario eligitur hoc anno ex Magno ejusdem loci Priore, Reverendissimus Dominus Jacobus de Venny d' Arbus, sanctissimæ memoriae Margaritæ nostra Vallis Gratiae Abbatissæ, ut nonnulli volunt, patruus, certe Cognatus felicissimus; quæ quantopere excitat neptis sanctissima vita planè prodigiosa, & rōto Galliarum Regno decantata, Regibus perspectissima, facile quivis ominari poterit. *Ex Claud. Rob. & monim. Cluniac.*

IESU CHRISTIANUS M.DC.XXIII.  
*Sancti Patris Benedicti. M.CXLIII.*

**E**tiam sacra nostra Cœlestina familia, cœlestium Empyrei coeli syderum, sydus æmulum cœlis hoc anno transmittit, sanctæ memorie Joannem Baptistam de Guardia Grelle, in Diœcesi Theatensi in Samnio editum, virum rara Vitæ sanctitate conspicuum. Hic orationis & Contemplationis studio sublimis, in præcipiti hac facu.

*Beato fine equisit.*

Petrus de  
Loyers Ab-  
bas Tornac.

Benedictus  
de Alarcon.

Ven. Jato-  
bius d' Ar-  
bus Abb.  
Cluniacen-  
sis.

Joan. Bap-  
tista de  
Guardia  
Grelle.

## B E N E D I C T U S

202

saculorum ætate, sibi constans semper sacri propositi tenacissimus, terrena omnia flocci faciens, magnus omnino sacro virtute profectus, sancto exemplo & suis plurimum & exteris profuit, inter alia dona, Prophetæ etiam Spiritu à Numine illustratus. Cujus mortem in Conspectu Domini Gloriosam & pretiosam, nonnullæ Visiones, & sacrum corpus post triginta tres annos, inter alia cadavera tabo consumpta penitus incorruptum, ut quibusdam in somnis praedixerat, reperatum fuit. Inde translatum, & honorifice loco repositum, usque hodie magnam habet venerationem. Ex communical. Parum Callef. &c.

Ven. Desiderius à Curia Ordinis Sanctissimi Patris & Patriarchæ nostri BENEDICTI. Congregationum Sanctorum Vironi & Hydulphi per Burgundiam & Lotharingiam, nec non Sancti Mauri per Franciam Parens & Institutor zelantisimus, qui singulare & lucidissimum nostræ ætatis sydus amplissimum Galliarum Regnum, imo Ordinem Benedictinum universum novi fervoris exemplo mirifice accedit, & affluentem longo sæculorum cursu disciplinam Monachicam, uberrimo cum fructu longè latèque restauravit. Is natus est, Christi anno 1551. in pago Monreville, ex antiqua & Nobili familia; annumque agens decimū octavum, in numerum filiorum Sancti Patris nostri BENEDICTI adscriptus in Cœnobio S. Vironi Virdunensi, ægre quidem primū auunculi tamen sui Locum-tenantis Generalis ope ea in urbe admissus est, magnis se statim Virtutibus universis commendans, quibus deinceps Regnum & Ordinem universum haud leviter demeruit. Et quamvis non adeo eruditione præcelleret, arduo tamen labore magna aggressus, Numinis confusus adjutorio, ranta confidentia sua, favente in primis sanctis conatibus Numine, mira effecit, & quæ vix quisquam sperare ne dum tentare ausus esset, felicissimè impetravit: Philosophica & Theologica studia, magna cum Magistrorum, tum etiam confidalium laude absolvit. Tum

Romam Cœnobij causa missus, apud Reverendos Patres Minimos, Philosophia Professorem egit; reversusque ad Cœnوبium in id maximè incubuit,

*Profess.*  
*rem agit.*

ut sacratissimæ Regulæ, accuratissima observatio introduceretur. Ob quod ipsum gravissimas passus persecutio-

*Prior cre-*  
*tur.*

nes, cum nihil proficeret, ad eremum quandam detrusus est. Minimorum

postea habitum suscepit, sed aliò vo-

cantis impulsu Numinis, annum proba-

tionis suæ non complevit, reversusque ad Ordinem, paucis post diebus,

præter omnem Fratrum intentionem

*Prior cre-*  
*tus.*

Prior creatus, multumque reluctans ab

Episcopo & directoribus peccati mor-

talis culpari, nisi parceret, interminan-

tibus, præesse coactus est. Mox Re-

formationem magno animo aggressus,

etsi non pauci viri cum Religio-

fissimi tūm prudentissimi obniteren-

tur, effecit tamen cooperante Numini

Gratia, ut quod cœperat, stupen-

tibus universis, tota Gallia propaga-

rebat, & plurimi paulo post eximia-

sanctitatis opinione efflorescerent.

Quos in eis Desiderius noster, velut Sol

*Velut sol.*  
*inter Afric*

inter Astra, mirabili fulgore exsplen-

descebat; verè Vir Desideriorum san-

ctorum, cuius anima desideri, ut & pau-

perum suorum, libenter exaudiens Do-

*Annius.*  
*mus B.*  
*Mariæ de*  
*Bellovillæ.*

minus, superabundanter tribuit ei &

explevit, & voluntate labiorum ejus,

tam devotè pro reformatione Ordinis

ipsum sollicitantis, non fraudavit eum,

prævenitque verè eum in Benedictio-

nibus Dulcedinis, postquam ille adeo

generosè & constanter, tot sibi adver-

santium injurias & contumelias tole-

rassèr. Fuit hic solatium singulare san-

ctissimæ Abbatissæ nostræ Dominæ

Mariæ de Bellovillare, Sancti Aniani

Comitissæ, ipso quem ipsa scripsit, verba

scriptoris Vitæ tante Antistitis, regen-

dorum animorum juxa sacram Regula-

lam, scientia calitus insuscipere, quam

& obsequientissimam in omnibus di-

scipulam & filiam spiritualem habuit,

ipius & huic, & toti amplissime à se

instituta reformationi, verè disciplinæ

norma, Regula praxis, exemplar sanctitatis.

Obiit vir verè illustrissimus,

hoc præsenti anno 1623. decimo octa-

vo calendas Decembris, inter celebrio-

rum totius provinciæ Superiorum ma-

nus, obsequia & lachrymas, quo ipso

die, hora circiter meridiana, splendi-

*Sanctæ mo-*  
*ritus.*

*Bulgida  
ejusdem  
facies.*

fidissima de cœlo fax plerisque intu-  
entibus, contra Ecclesiam S. Vironis ap-  
paruit, faciesque viri lectissimi, ira ful-  
gida visa est, ut effigies & imago vera  
Gloria immortalis, qua tum anima  
eius potiebatur, videretur; accersitique  
qui depingerent, mirarentur, & simul  
angerentur, colore saepius mutato, for-  
mosiorem semper, vultum fieri, &  
splendidiorem, &c. *Ex vita ejusdem  
impressa, sed & aly Ms.*

Jpsio anno pestilentie lue Gallias,  
& in primis Lutetiam Parisiorum ve-  
hementissime flagellante, ita ut fores  
Cænobij egredi ad coemendum nece-  
faria periculorum esset, neque vero  
quidquam edulij pro Monialibus su-  
pereset, soror Margarita à S Franci-  
ca prius accepta benedictione à sancta  
Abbatissa Vallis Gratiae in Suburbio  
Parisieni S. Jacobi, ivit in hortum  
herbas lectura: confusa, DEUM nece-  
farii ancillarum suarum provisurum,  
& genibus flexis, DEUM enixè depre-  
cata est, ut meritis Beatæ suæ famulæ  
Margaritæ de Arbus præsenti nece-  
fati subveniat, & statim vidit ante se  
ingentem ovorum acervum, quo san-  
ctimoniales sustentata fuerunt. So-  
rori vero tantum miranti miraculum,  
& narranti pia mater asseruit: Si Re-  
gulam servemus, Deique providentia  
confidamus, prius Angelos ad nos a-  
lendum mittere, quam sinat suas fa-  
mulas inopia escarum premi. Alias  
in eodem Monasterio, cum vix suffi-  
ceret triticum ad sex hebdomades, præ-  
cepit Beata Abbatissa sorori Conversæ  
Mariæ Aubry dictæ à S. Francisco, ut  
qnotidie ante triticum recitaret salu-  
tationem Angelicam: cui statim illa  
paruit addens, ut intercessione B. M.  
V. & meritis Beata ipsius Abbatissæ,  
Deus singulari sua bonitate triticum  
augere dignaretur. Ita factum: nam  
satis tritici inventum est ad alendas  
moniales sex mensium spatio, manu  
illa quæ paucos illos panes Evangelio-  
cos, fructus quoque modicos & bene-  
dicente & multiplicantे.

Tanta autem sub hoc ipsum tem-  
pus Margaritæ nostræ ob sanctimoniam  
viræ fama, non solum Galliam uni-  
versam, sed & exteris nationes per-  
vagata est, quæ plurimas undecunque  
ad contuendum hoc Virginis miracu-  
lum, Christi ancillas invitavit non so-

lum, sed concitavit. Eas inter Domi-  
na Catharina Lotharingia Ducissa,  
Montis Romarici Abbatissa, tantæ san-  
ctitatis opinione perculta sancti Spi-  
ritus impulsu Parisiens venit, & sex cir-  
citer menses in Cænobia Vallis Gra-  
tiae mansit, ubi tanquam altera Regi-  
na Saba Sapientiam Salomonis in Bea-  
ta illa Abbatissa admirata est. Cujus  
confilio paulatim coepit asuescere ab-  
stinentia à Regula præscriptæ, præ-  
ter opinionem medicorum, eo quod  
esset debili admodum corpore.  
Eadem serenissima Heroina, ad vilia  
quæque propter Christum, singulare  
humilitate se demittebat; beatæ nostræ  
Abbatissa obtemperabat in omnibus  
non sine maxima illius verecundia,  
quam pudore tam alti & illustris san-  
guinis Abbatissam sibi subiici; et si tan-  
ta illam humilitatem non prohiberet,  
ne forte illius apud DEUM meritum  
minueretur. Serenissimi similiter San-  
guinis Domina Ducissa de Elboeuf Coad-  
jutrix Cænobij Nostræ Domina Suef-  
fionensis, venit ad Cænobium Vallis  
Gratiae, ut illius suavissimo colloquio  
frueretur, simulque ritum vivendi jux-  
ta Regulam S. P. N. BENEDICTI edo-  
ceretur. Ipla etiam Christianissima  
Regina Anna eam saepe saepius invi-  
tebat, & vix ab ejus latere divelli po-  
terat. *Ex Vita.*

Rursus illustrissima Ordinis Stella  
è sanctissima Fuliensium nostrorum  
Congregatione, inter perennes syde-  
reas mansiones hoc anno locum acci-  
pit, Beatæ memorie Guillelmus à san-  
cto Alexio ingentium meritorum Vir.  
Hic enim primus omnium viri san-  
ctissimi, novique Instituti ad amissum  
Regulæ S. P. N. BENEDICTI parentis  
& Conditoris Joannis de la Barriere  
socius & adjutor strenuus, inter præ-  
cipua Ordinis Reformatorum colum-  
na recensendus, sancta æmulatione in  
omni sacro rigore & fervore cum eo-  
dem Magistro suo pie concertavit. Pro-  
inde in omni observantia Regulari,  
primus omnium à Joanne ipso exitit,  
huic specialissimè dilectus. Et quam-  
vis summi Pontifices deinceps rigorem  
illum nimium, in quantum Regulæ  
S. P. BENEDICTI leges excederet, purè  
ad S. P. N. dictata redigerent, priorem  
tamen ille austernitatem, de licentia il-  
lorum, cum mira simplicitate, humili-  
tate

*Ducissa de  
Elboeuf in-  
visit B.  
Margarita  
tam.*

*Item Re-  
gina Gal-  
lia.*

*B. Guillel-  
mus à S.  
Alexio.*

*Dispen-  
sationem re-  
cusat.*

litate & devotione retinuit, suoque exemplo alios quoque plurimos eodem persuasit. Idem totas plerumque noctes in amplexu Crucis cum lachrymis & gemitu transegit; & saepe gelu rigens, a Fratribus ex Ecclesia in infirmitiorum asportatus fuit; juravimus sui corporis hostis. Animam sanctam magna cum jucunditate, in-

*Mors ju-  
nunda.*

terulti Sacramenti Unctionem exhalavit die 71. Januarij, anno aetatis sue 77. cum annos 46. tanto in vita quasi perpetuo equuleo & Martyrio sanctissime traduxisset. *Philippus Malabayla,*  
*& Catal. Fulienf.*

*P. Adria-  
nus Can-  
cellier Abb.  
Dunensis.*

Inter alia Ordinis praeclarissima, ornamenta effulget, & suum hoc ipso anno decus Cœlis infert Reverendissimus Dominus Adrianus Cancellier, Abbas Sacri Dunensis in Belgio Cœnobij sacrae Cisterciensis Reformationis promotor singularis, insignibus meritis gloriosus. Quæ inter non minimum illud, quod mira munificentia, & liberalitate sumptus, & necessaria suppeditarit, ad ædificia & sustentationem plurium in Inferiori Germania Cœnobiorum & Collegiorum, in quibus alij Deum jugi laude celebrant, alij proximorum utilitati & juventutis instructioni vacant, fructu omni eorumdem, merito, magnam partem, ad Adrianum nostrum, & plures ejusmodi tam Cluniacensis quam Cisterciensis Reformationis Abbates,

*De Exuli-  
bus ob fi-  
dem Rom.  
meritus.*

de Exilibus præcipue Anglis, optimè meritis, redundante. Quorum proximè defunctorum & aliquot superstitionis laudibus parendum duximus; tum quod illorum etiam sine nobis vigeat apud grati animi clientes memoria; tum quod viventium, et si laudabili, erubescientia tamen verecundæ parcamus. Obiit Adrianus ipso Resurgentis Christi Domini festivissimo die; vir omni Virtutis perfectione absolutissimus, juratus corporis sui hostis, verus Pauperum Pater. Cujus dum felix anima corporis solvenda ergastulo, cum morte luçtarerit, coelesti lumine locus in quo decumbebat illustratus, illuminatissimo Præsuli, illustre testimonium, præbuit eximia sanctitas. *Ex monim. Dunensis.*

*IESU CHRISTI ANNUS M.DC.XXIV.*

*Sancti Patris Benedicti. M.C.XXXIV.*

**N**ostrorum Veteri, saepè etiam novissimis notata & observata,

seculis, consuetudine, jactata rubulenta in Gallia fluctibus innocenter RR. PP. Societatis Jesu, è Reformati nostri Ordinis Patribus, fidelissimè patrocinantur non pauci, eorum que non causam solum aperte fovent, sed & recte recipiunt, alimentis nutriunt, & quibusunque modis promovent, & commendant. Nemo tamen

majore sollicitudine & charitate, quam

Reverendissima & Illustrissima Abbatissa Vallis Gratiae, cuius revera, plus

quam materna erga eosdem Patres pie-

tas fuit, quorum calamitatibus tanto-

pere condoluit, ut easdem acerbissi-

mis non solum defleret lachrymis, sed

plagis crudelibus in semet seviens, se-

se pro iisdem victimam Numini con-

secraret, ferventissimisque precibus,

dies noctesque commendaret; cuius

orationes plurimum apud Deum po-

tuisse, nemini dubium esse debet, adeo-

que plus forte ceteris omnibus, pro

Patribus illis apud Divinam Bonitatem

obtinuisse. *Ex Vita ejusdem.*

Uti vero amore proximorum fer-

ventissima erat, & omnium vel maxi-

mè Religiosorum Reformationem

toto corde cupiebat, ita multo magis

Dei amore tota ardebat, & quasi con-

flagrando totam se in sponso suo per-

debat & quasi evanescebat; in oratio-

ne quam maximè inardebeat, ita ut

sagitta Divini Amoris saeculatum cor

eius vehementer palpitaret, quod inde

etiam in vestium motu facile percipie-

batur. Et quidem verè illud usurpa-

re poterat: *Fulcite me floribus, stipate*

*me malis: quia amore langueo.* Amo-

re siquidem unionis tacta, res creatas

in solo Deo amat, & hujus benefi-

cio amoris à seipso, & à mundo, &

ab omni re extra Deum segregabatur.

Maximè autem Deo per sacramen-

tuum uniebatur: tandemque acci-

dit, ut die, quo hoc Angelico pane

orbaretur, debilis corpore & mente

evaderet: ac proinde ei concessum est

fermè quotidie de hac sacra mensa re-

fici. De qua etiam sentiebat in se a-

morem Dei inebriantem cuius vim in

mente, quasi aliud agens vix poterat

reprimere, ita ut quidam morsus ac vo-

ces, Divini Amoris ipsi non cogitanti

exciderent, affectus, quo intus in De-

um ferebatur, indices: adeo torrente

Divina Voluptatis erat inebriata. Non

*caruit*

Patrum  
Societatis  
piè à nostra  
Confusione  
Ordini.

*P. Mary.*  
*inproce-  
dem Soia,  
pres &  
lacione*

*ignitaejus-  
dem char-  
tæ*

*146*

*Favor*

*Amoris Di-*

*vimi*

*L*

*P*

*a*

*mu*

*J*

*la*

*re*